

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livii Patavini Historiarvm Libri Qvi Svpersvnt Omnes

Livius, Titus

Mannhemii, 1780

Liber XXVI, epitome

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1294)

TITI LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBER XXVI

EPITOME

HANNIBAL ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit. Ipse vero cum duobus millibus equitum usque ad ipsam Capenam portam, ut urbis situm exploraret, obequitavit. Et quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit: nam quum in castra redissent, statim serenitas erat. Capua capta est a Q. Fulvio & Ap. Claudio consulibus. Principes Campanorum veneno sibi consciverunt mortem. Quum senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut

ecuri feriretur ; literas a senatu missas
Q. Fulvius consul , quibus jubebatur par-
cere , antequam legeret , in sinu posuit ,
& lege agi iussit , & supplicium peregit.
Quum in comitiis apud populum quære-
retur , cui mandaretur Hispaniarum impe-
rium ; nullo id volente suscipere , P. Scipio ,
P. filius , qui in Hispania ceciderat ,
professus est se iturum : & , suffragio po-
puli consensuque omnium missus , novam
Carthaginem uno die expugnavit , quum
ageret vigesimum quartum annum , vide-
returque divina stirpe creatus : quoniam
& ipse , postquam togam acceperat , quoti-
die in Capitolio erat , & in cubiculo
matris ejus anguis sæpe numero videba-
tur. Res præterea in Sicilia gestas conti-
net , & amicitiam cum Ætolis junctam ,
bellumque gestum adversus Acarnanas &
Philippum Macedoniae regem.

C. FELVIUS
 Galba consules, quibus
 tum inissent, senatus
 de republica, de
 provinciis exercitibus
 Q. Fulvio, Apollonius
 libus, prorogantibus
 citus, quos habuit
 ne a Capua, et
 priusquam exiret
 me in exercitum ha-
 tantum, quum
 justior fiat, quum
 potens, sicut de
 populos, ita re-
 mos videbatur
 Et prætoribus præ-
 ria, P. Scipionem
 gionibus, quum
 imperium. Prorogantibus
 pro consule in Sicilia
 teret in exercitum,
 mens opera esset.